

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1945

Auteur(s) : Henri Biset [particulier]

Bénéficiaire(s) : Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1093-1189]

Lieu d'émission : Cany

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri Biset confirme les donations de patronages d'églises et de biens faites par ses ancêtres à Angiens, Autigny, Ouville, Petiville, Ocqueville et Héberville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Chartes du prieuré de Longueville, de l'ordre de Cluny, au diocèse de Rouen, antérieures à 1204*, Rouen-Paris, Société de l'histoire de la Normandie, 1934, n° XXXIV, p. 44-46.

Dissertation critique

Avant 1189, datation proposée par p. Le Cacheux.

Texte établi d'après a

Notum sit presentibus et futuris quod ego Henricus Bisetus pro redemptione anime mee et antecessorum meorum do et concedo deo et sancte Fidi et monachis de Longavilla omnes elemosinas quas antecessores mei scilicet Gillebertus de Faleisia et Manasses Bisetus pater meus et Aalidis mater mea eis dederunt libere et quiete in perpetuum possidendas, videlicet ecclesiam de Angiens cum omnibus pertinentiis suis et illam mansuram que fuit Willelmi Palmarii in qua grancia eorum sedet, et elemosinam quam habent apud Auteneium scilicet Rogerum cognomento Dei amicus ut eum libere et quiete cum tenemento suo possideant et x acras terre de exarto nemoris mei d'Eschelunt quas dedit mater mea eisdem monachis pro anima sua et patris mei ad faciendum anuatim aniversarium suum, et apud Ouvillam ecclesiam ejusdem ville cum pertinentiis suis et Walterum Leoisel et Alveredum et Heluisam presbiteram et Petrum de Ruetta et Goszelinum Vesdie cum tenementis suis, et ecclesiam de Parvavilla cum pertinentiis suis et terris et marisciis, et aquis et Radulfum de Hamello cum tenemento suo et alium hominem qui habet masigium ubi grantia eorum fuit ; et apud Hoscanvillam ecclesiam ejusdem ville cum pertinentiis suis et totam decimam feodi mei que ad eandem ecclesiam pertinet ; et apud Gerbervillam decimam feodi mei. Hec omnia prenomina do eis et concedo libere et quiete ab omni exactione et servitio seculari ; et apud Hoscanvillam tenementum Willelmi filii Gilleberti quod tenet de feodo Canei et Radulfum Heudeberti et Johannem Avole, et ex dono Walteri de Cantilupo apud Gerbervillam Willelmum senescallum et Willelmum monachum cum tenementis suis, et apud Angiens ex dono Rogeri Ridelli et Aalidis matris sue Robertum Bonevent cum tenemento suo, et apud Auteni ex dono Hugonis de Auteneio Durannum Aldegunt cum tenemento suo et hi extreme nominati auxilium michi debent et servicia secundum consuetudines villarum ubi manent. Hec carta fuit facta apud Caneium in

curia mea presente et teste: Gerardo Thaleboth, Petro de Belvaco, Ricardo de Catevilla, Radulfo de Auxavilla, Roberto capellano meo, Willelmo clerico de Auxavilla, Rascio, Girardo pistore, Bernaldo silvano, Fortino, Ricardo mercatore, et ex parte monachorum Willelmo anglico et Odone tunc temporis cellerario et Hunfredo de Cativilla, monacho, Roberto Griffino et pluribus aliis.